

1613, Zug

A

SCHREIBEN VON AMMANN, STATTHALTER UND RAT VON STADT UND AMT
ZUG [AN DEN PROVINZIAL DER SCHWEIZERISCHEN KAPUZINER-
PROVINZ?, ALEXANDER BUGGLI]

H Franciscana 11 (Juni 1969) Heft 1 Nr. 4

"Ammannus et Proammanus Senatusque Tuginorum R[everen]diss[im]o P. Salutem et obsequia sua benevol[e]ntissimè.
Jntelleximus Rdisse P. Ex Capitulari decreto, avocandum à nobis R. P. **Athanasium** [N, Kapuziner aus der Provinz Bologna]¹, virum de n[ost]ra Utraque republica optime meritum haud dubiae ad quietiorem vitae suae conditionem, rude tandem donandus post tot labores, cui non invidendum ulli foret. Qua super re cum omnes intellexerent, ea planè multitudinis concitatio et offensio (utinam sine scandalo) exorta est ut haud iniuria tuae Paternitati id significandum rati simus. Et hõc certè magis, quo te nostras causas ignorare magis existimaremus. Cum enim dictus Pater adeo animos omnium sibi devinxerit, maxima vitae innocentia, in convertendis Animis fructuosissimo labore, in reformandis Monasterijs, in reformatis conservandis industriâ, in charitatis vinculis dissidentes connectendo mirabili reipublicae bono, rebus dubijs salutariter considendo, pacem publicam suppressis malevolorum dissidijs promovendo, fecit, ut talem sibi tam salutarem virum, et qui per annum primum isthac n[ost]ra in Urbe degerit, eripi, indignissimè omnes ferrent, tum maxime magistratus Ecclesiasticus et civilis. Quia igitur, hic minime vestri instituti finis est, Murmura scandala, et commotiones excitare, sed ortas magis comprimere, impendio tuam Paternitatem enixissimè rogamus ut huic malo temporis, occuratur, ne dempto nobis isto viro graviora inde nobis mala incumbant, maximè cum ad publicam quietem et pacem promovendam et conservandam tam industrius non sine magno fructu laborârit. Quod ubi curaveris, et motum populum (et certè in spiritualia deinceps non mediocriter cessaturum) sedabis, et erga vestrum Ordinem maximum Omnium Favorem promovebis. Vale. Et desideratissimo reipublicae et Eccl[esi]ae bono fave. ...".

1) s. Zurlaubiana AH 140/80. Beachte, dass in H Franciscana die Identifikation des P. Athanasius unzutreffend ist.

Kopie, wohl aus dem Besitz des Statthalters von Stadt und Amt Zug,
Konrad III. Zurlauben - AH 150, 27 - Blatt 27^v leer